



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Methodvs Expeditæ Confessionis Tum pro Confessarijs, tum pro Pœnitentibus**

**Tamburini, Tommaso**

**Coloniæ Agrippinæ, 1657**

Dicere, Eum non absolvi, §. 8

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41773**

adulterium, quod occultum per se est.

§. VIII.

*Dicere, Eum non absolvi.*

x *Caet. v.*  
*Confessor*  
*necessaria*

y *Granà.*  
*de Sacr.*  
*contr. 7.*  
*tr II d. 6.*  
*n 2. con-*  
*tra Sua-*  
*rium cit.*  
*n Diana*  
*par. tr II*  
*ref. 42*

15 **C**ertum sit septimo, esse contra Sigillum, quidquid neget Cajetanus dicere. Hic mihi confessus est, sed à me non absolutus. Licet enim illum non absolvi, ex varijs causis oriri potuerit; potuit tamen facilè evenire, ut frequentissimè assolet, propter ejus gravem indispositionem, ad quam suspicandam, concurrere non licet Confessario. Immo, etiam si pronunciet: Nondum absolutus, quia confessionem non finivit, frangeret y Sigillum, quia communiter ista longa confessio vel notat multa peccata, vel certè aliquem defectum penitentis. Excipio, quando

confessi, esset generalis totius  
vitæ, vel alterius longi temporis  
idque omnibus esset notum, vel  
penitens non ægrè ferret, quod  
sciretur à pluribus.

§. IX.

*Testimonium de Confessione*

**H**inc colligit a Coninch  
quando famuli, vel a Coninch  
Scholares debent Superioribus *de pæn. d*  
testimonium suæ confessionis *92 n. 24*  
afferre; debere Confessarios *Fag. p. 1,*  
illud dare [intellige ijs, qui con- *Ecccl lib 6*  
fessionem saltem inchoarunt, *c. 4 n. 4.*  
licet propter aliquid, absolu-  
tionis beneficio caruerint. Ra-  
tio est, quia si non darent pro-  
derent indispositionem eorum  
quam ex inchoata confessione  
cognoverunt; nec, dando, men-  
tiantur, quia iam illi initium  
fecerunt confessionis. Quod si  
nullo modo ne inchoatè qui-  
dem,